Unterthänigstes Mitleiden/

Welches
über den/ zwar unvermutheten und sehr frühzeitigen/ jedoch höchstseeligen

Todesfall/

Des
Tapfferen jungen Fürstl.
Helden/
Des Weyland Durchlauchtigsten Printzen und
HERRN/

Herrn Johann Georgen/

Des jüngern/ Fürsten zu Anhalt/ Hertzogen zu Sachsen/ Engern und Westphalen/ Grafen zu Ascanien/ Herrn zu Bernburg und Zerbst/ rc.

Ihres im Leben wohlgewesenen gnädigsten Printzen und Herrn/

Gegen
Das durch Sr. Hochseeligsten Fürstl. Durchl. tödtlichen Hintritt abermals in sehr tieffe Traurigkeit gesetzte
HochFürstl. Bernburgische Hauß Anhalt/
Mit nachstehenden
Trauer-Trost-und Lob-Gedichten
Pflichtschuldigst bezeugen sollen und wollen
Mehr-Höchstgedachte
Sr. Hochseeligsten Fürstl. Durchl.
In unterthänigster Ergebenheit verbundene
Nachbenahmte Diener.



ZERBST/ Gedruckt im gesamten Fürstl. Gymnasio, 1692.



WAs blühet vor der Zeit/pflegt vor der Zeit zu sterben/
Narcissen man viel ehr/alß rothe Rosen bricht/
Geschwind wächst Jonæ Kürbß/geschwind ein Wurm ihn sticht:
Auch Alexander selbst/da er wil Jung erwerben
Des Ruhmes Ewigkeit/muß er gantz Jung verderben:
Der Tapffre Printz Johann Georg/der im Gesicht
Unß wuchs geschwinde auff/in dem Er muthig ficht/
Fällt hin geschwind/und muß mit Blut die Erde färben.
Er hat die Jahr' erfüllt/die Ihm gesetzet hat
Der allein weise GOtt: GOtt hat für übelthat
Das zarte Fürsten Hertz beschlossen zu bewahren.
Und auß der bösen Welt mit Ihm hinweg geeilt/
Die Fülle seiner Jahr'/Ihm zeitig mit getheilt:
Nun lebet Er befreyt von Kriegs-und Tods-Gefahren.

Auß Unterthänigster Devotion übergeben
von
P.C.G.

VIrtus Avito stemmate fulgida,
Virtus Paterno è traduce germinans,
Flammantis instar semet ignis
Exserit, & stimulata crescit.
Virtus Avitæ conscia gloriæ,
Et posterorum pectora concitat
Primis in annis, ut periclis
Fervida se atque animosa sistat;
Laudumque surgens æmulus Impetus
Horrenda Martis fulmina despicit,
Majora Virtus semper audet,
Nec teneris cohibetur annis.
Sic Scipionem Martia Vis monet,
Cinctum ut Parentem liberet hostibus;
Sic Mutius castris in ipsis
Terruit atque fugavit hostem.
Dispersa in orbem laudibus undique
Virtus Anhalti Stemmatis Inclyti
In posteris durat per omne
Clarior atque resurgit ævum.
Excelsa Anhalti Principis Indoles
JOAN-GEORGI hoc monstrat & ignea
Vis Martis ac non desituros,
Qui Patrios imitentur Actus.
Sunt Leusa testes Chambronium Illius
Nuper cruore ac rura madentia,
Gallorum ubi Princeps furorem
Fortiter excipit & repellit,
Laudem haud meretur, qui subitò fugam
Spectans phalangem deserit & metu
Non sustinet cœdem cruentam
Cernere vel prope adesse pugnam.
Laudem meretur, quisque animat suos
Ad præliandum fortiter, & regit
Certaminis fluctus periclis
Objiciens animam atque vitam,
Pugnansque quamvis vulneribus perit,
Æternat ejus splendida gloria,
Ac nomen Immortalitati
Consecrat omne genus Nepotum.

Dulce

Dulce & decorum est pro patriâ mori,
Mens Christum amans & nil magis expetit,
Contenta cœlo quam teneri
Et superas adiisse sedes.
Hinc Fata nostris sic oculis licet
Ponant ademtum vulnere Principem,
Mortalia his dum membra terris
Ast animam ad Superos remisit
Excelsa Virtus, attamen Illius
Semper manebit nomen, & Inclytum
Heroico clarum Vigore
Posteritas celebrabit omnis,
Et translocatæ cœlo Animæ piæ
Vitæ Beatæ nunc data Gloria
Terrena ubi spernens ovansque
Perpetuos celebrat Triumphas.

*

CÆsaris hæc Veni, Vidi Vicique fuere
Verba, ubi Pharsalicis Victor abivit agris,
Principis Anhalti Virtus bene talia de se
Joannis Geôrgi dicier & meruit,
Venit & invicto furibundos pectore vidit
Gallorum insultus insidiasq; truces.
Vidit & ad Leusam quamvis juvenilibus annis
Hosti protervo restitit ipse manu.
Fortiter ac inter primos certamine pugnans
Quendam hostem insignem vulnerat & reprimit,
Atq; suo exemplo (quamvis quoq; saucius ipse)
Hostem sic docuit cogere terga dare.
Vincit & occumbens quisquis non hoste fugato
Pro patriâ metuit sustinuisse necem.
Nec melius vincit, quàm qui cœlestia Regna
In Christum studuit sic superare fide.
Sic Princeps vicit, superavit & æthera scansit,
Ejus in æternum gloria semen erit.

SON-

SONNET.

SO hat der Tapffre Fürst den rechten Helden-Muth
Des Anhaltiner Stams und Seiner grossen Ahnen
In Seiner ersten Blüth bey denen Krieges-Fahnen/
Die Franckreichs Tyranney und mehr als Türck'sche Wuth
Mit Morden/Schänden/Raub/und durch des Feuers Gluth
Verderbet Städt und Land/(ümb ihm den Weg zu bahnen
Zu Deutschlands Sclaverey: Und solches zu ermahnen
Zu seinem Joch) erpreßt/Selbst durch sein Fürstl. Bluth
Bezeiget und darbey erwiesen/daß das Leben
Vors Vaterlandes Ehr' und Freyheit auffzugeben
Ein Ruhm der ewig lebt/der nimmermehr erstirbt/
Weil solcher Helden-Muth ein stetes Lob erwirbt.

J. Georg Baurmeister/
Consil. A. A.

MEMORIÆ SEMPITERNÆ
IN
OBITUM PRÆMATURUM
ILLUSTRISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DNI. JOHANNIS GEORGII,
PRINCIPIS ANHALTINO BERNBURGENSIS.

Pro Religione & salute publica
Heroicam Animam cœlo reddentis
In luctuosissimi animi & debitæ pro Afflicta
AUGUSTA DOMO
Observantiæ testimonium sacrum &
luci expositum
Ab
OTTONE KORNIO,
Ecclesiæ Genevensis G.
Pastore.

d. 2. Septembr. 1691.

*

SIccine Parca Ducem prosternis sæva? Sacratam
Sicne *Anhaltinam* fas violare *Domum*?
Non sortem deflebo Tuam, *Celsissime Princeps*,
Intrepidè fortis Martis Alumnus eras.

 Noxia

Noxia sed populi plectuntur crimina pænis,
Dum sic Illustri sanguine tanta luis.
At fuit in fatis, *Princeps Auguste*, supremum
Ut sibi finiret mors truculenta diem.
Et quis scit ventura aliis Gentique Potentûm,
Arbiter Astripotens nî meliora paret
Atque placet Regnorum motus, nî in fœdera pacis
Commotos societ, principibus validis
Inspiret mentem placidam, quò prisca libertas
Oppressis redeat, Relligioq; pia.
Ast ad Te, dilecte Deo, charissime Princeps,
Me verto (hunc luctum grande silere nefas)
Heu! quanta est jactura sui, quem ceperat ulnis
Mars dira à teneris, Gloria tot juvenum?
Tantane fata nobis rapiunt solamina, tantæ
Dum spei cecidit, Gloria magna *Domus*?
Verùm lugubres pellis quid ad æthera cantus,
Gens Bernburgensis, tristia fata Gemis?
Quid morte exstinctum defles? De morte, sagittâ
Jactâ, vindictam sumere namq; potest
Anhaltina Domus benedicta; in publica Natos
Commoda pro ducens tot sine fine *Duces*.
Cujus & Ausonii vix unquam gloria major,
Cum Romam victis Regibus iret, erat.
Occubuit, fateor, Princeps ex Stemmate charus,
In pugna haud metuens fulmina magna Jovis;
Ast *Anhaltinas* generoso sanguine venas
Nescis abundantes? Sanguine vena tumet:
Vivit & in cœlis Princeps, victorq; triumphat;
Urna tegit Corpus, mens generosa polum.
Interea, alme Pater, confirmes vota bonorum,
Et votis addas plurima nostra diu:
Frondescant læti per secula sera Nepotes,
Umbra sub cujus Arboris esse queunt
Tuti à pressuris, firma qua stante Columna
Berenburgensis stat & amica quies.
Floreat innumeros *Stirps Anhaltina* per annos,
Stirps pia perge pares pro generare Duces!

Klag- und Trauer-Sonnet
aus dem gnädigst verordneten Fürstlichen Leich-Texte.

O Schaden! O Verlust! Wer mag denselben tragen?
Der Tapffere ist hin! Der eine **Krone** war
Des **Christen-Jsraels** / ein Führer seiner Schaar /
Jst vom **Philister Volck** bey **Spanisch**-Leus' erschlagen:
Ein **Held** der nicht gescheut / sein junges Bluth zuwagen
Für unsers Landes Heyl: Ein **Fürst** der in Gefahr
Sein Leben ließ / steht ietzt auff einer Todten-Bahr:
Mit **Anhalts Ach und Weh**! Mit Jammer-vollen Klagen!
Ach! Sagts nicht zu Parieß / daß nicht ob solcher Schlacht
Der Stoltzen Frantzen Trotz erschall in **Freuden-Pracht**!
Jedoch sieht **Berenburg** durch solchen Fall noch brennen
Den **tapfferen Helden-Strahl** in seinem **Fürsten Bluth**!
Der **Hohen Eltern Geist** und **unerschrockne Muth**
Der woll sich nimmermehr von seinen **Printzen** trennen!

Womit sein unterthänigstes Mitleiden Pflichtschuldigst bezeigen und den sehr grossen Verlust eines so werthen Printzen wehmüthig beklagen wollen /

Friederich Benj. Giegelsberger /
Conc: Aul: Bernb.

ELEGIDIUM
MEMORIÆ
SERENISSIMI PRINCIPIS
JOHANNIS GEORGII
PRINCIPIS ANHALTINI
SACRUM.
*

EHeu! Ferales Lessus ducuntur ubivis
Luctu & miscentur singula continuô.

 Nam

Nam patitur Natura; Polus mortalia turbat,
Lætitias Hominum Mors Truculenta necat.
Nos mala, nos extrema manent, subitæq; Ruinæ
Offensiq; Gravis Vindicis IRA DEI.
Heu nos! Flamma DEI flagrat succensa: Securis
Arboris ad Stirpem, quâ cadat icta, jacet.
Nam Princeps Terris, quô vix Generosior Alter
ANHALTINATUS floruit ac viguit.
Princeps qui Magni Patris fuit inclyta Proles
Nobilis Heroô & Sanguine Magnanimo.
Princeps, cui Mores ducti è meliore Metallo
Cui Faciem & Corpus finxit honesta Venus.
Princeps qui Patriis verè Virtutibus Hæres
Cujus in Aspectu Musa Charisq; fuit.
Corpore qui Doctis sapiebat Digna pusillo
Spiritus armabat quem Indolis Ingenua:
Hinc fuit à teneris sacrati Flaminis Aurâ
E doctus graviter Ædibus in Patriis.
Ac ut Multorum anticiparet Acumen & Artem
Ingenio æquiparans Judicioq; tenens:
Ipsa fovebatur faustis penetralibus Alti
Felici Auspicio Vis Generosa Animi.
Eliciebatur verò Vis Indolis alta
Dicto auro contrà proposito assiduô:
Dum tenera est Aetas, Generosos imbue mores
Tunc facilè est cunctis Artibus Ingenium.

Owenus Epigr: p.m. 110.

Inceptum hinc Virtutis Iter feliciter ursit,
Evolvit Doctos nocte dieq; Libros.
Ac Acies est provecta in majus meliusq;
Pectoris innati ac Ingenij Egregij.
Ut Puer ætatis Annos prævertere visus
Ingenij Rarâ Dexteritate sui.
Ex æquans *Animo* Fabios, *Virtute* Camillos,
Scauros, Marcellos, Cæsara, Pompëios.
*Cumprimis Christum rectè addiscebat ab altâ
Indole Scripturæ Nobile Delicium.

* Pietas hæc etiã, in quâ Salus omnium Ordinum inclusa est, quæq; Virtutum Omnium Fundamentum laudatur, in laudatissimo Principe Josiâ resplenduit, cui DEUS ipse Testimonium perhibet amplissimum: *Eum floruisse, quia noverit Jehovam. Jer. 22. v. 15. 16.* Et quid mirum? *Cùm* (ut *Justinianus Cod. L. 1. Tit. 1. L. 4. ait:*) *nihil sit, quod Lumine clarius præfulgeat, quàm Recta Fides in Principe: Nibil sit, quod ita nequeat Casui subjacere, quàm Vera Religio.*

In-

Intrepido profitens piè nato pectore Jesum
Atq; ferens rectâ pectora plena Fide.
Ut posset Vitam Christoq; Piisq; probare.
Principe condignam, prosperiore DEO.
Vidimus intrantem quoties Te, ô Inclyte Princeps,
Ædem Divini Numinis assiduum.
Divini ut Latices Verbi ac Oracula Cœli
Aure avidâ biberes Fontibus Aoniis.
Audisti quoties prolata ex Ore Ministri
Suggestu stantis Auditione pia?
Fudisti quoties Devoto Pectore & Ore
Vota Precesq; DEO Relligione Sacrâ?
Corporis Ambrosiâ quoties & Nectare Christi
Mentem pavisti Sanguinis Innocui?
Sic observavit Princeps Præcepta Jehovæ
Cui non Defectu languit amore, Fide!
Princeps *JOHANNES*, qui Nomen & Omen habebat
GEORGIUS ut Gratus esset Olympo & Humo.
Princeps cui cordi fuerat pia subdita Cura
Esset ut Ascaniæ Gloria summa Domûs.
Cui data Majestas, ut cogat mobile Vulgus.
Serviat & verâ Relligione DEO!
Princeps Militiæ insignis qui Laude Togæq;
Fortis ad arma manu consilioq; potens.
Octodecim ætatis nondum compleverat Annos,
Abstulit in mediis Hunc Libitina Rosis.
Pectora cùm Ferro rigido proh! transigerentur
Incusso in Bello Vulnere Letifico.
Atq; manu atroci est excisus stirpe sativi
Germinis illustris Principis Egregij.
Ac sic ante Diem spatiis defungitur ævi
Magnanimus Princeps Inclyta Progenies!
Sublimes Dotes non maturescere Fata
Præmatura sinunt Principis Egregii.
Ast extinxerunt Fructus in Flore Juventæ
Arctopolitani Principis Ascanii.
E medio Julios, Alexandros, Scipiones
Ereptos Stygiis Fluctibus ac Alia
Fulmina Bellorum penetrante hoc ictu iterato
Fata tulerunt cum Principe Magnanimo.

Prin-

Principe præstabat vegeto qui Robore Membrûm
Palladium Fratrum, Deliciumq; Patris.
Nobilium Exemplar, sed vix imitabile Morum,
Quos Cuncti, quamvis Pauci imitentur, amant.
Insevitne Illi Pater hos ex Traduce Mores
An dedit in mammis Mater? Utrumq; piè.
Intererat certè, Princeps ut viveret Annos
Nestoreos Orbi, quem colit Arctopolis.
Qui spes spondebat tantas Decus atq; futurus
ANHALTINATUS Ascaniæq; Domûs.
Dextrâ defendens Patriam, ut Victricibus Armis
Fieret is Redux inclytus in Patriam.
In Patriam Arctopolin, peregrinis dignus ab oris,
Exciperetur eâ plausibus innumeris.
Ac offerrentur pariter Testamina mentis.
Submissæ Illi, qui consuluit Patriæ.
Quando selecti invaserunt undique Galli,
Ac sævos Hostes in medios rueret.
In Tenues verò cessit spes irrita Ventos,
Proh Dolor! ac abiit Lætitia in Lacrymas.
In Lacrymas tristes & in eluctabile Damnum,
Nulla Dies Nobis quod reparare potest
Hinc heu! Ferales ducuntur siccinè Lessus
Luctu & miscentur singula continuò.
Nam Lacrymas Multorum Hujus cita Fata merentur,
Quem cita Mors firmum non sivit esse Diem
Armaturâ cùm *Primâ* Hostiles petiisset,
Dextrâ Hostis Galli ut procubuisset, Agros.
In Gemitum & Lacrymas Pectus sibi solvit ab imô
VICTOR AMADEUS, nec animare potest.
Pulmones flentis Genitoris Spiritus *Austri*
Salani, quò sint heîc satis ad Gemitus.
Verùm Radices Cordis Dolor exedit intùs
In Sinus liquidæ Decidit imber aquæ.
Et nihil est miri: quia Canities Veneranda
Indolis en! tantæ perdidit in Sobole
Curarum & Senii venientis dulce Levamen;
Æstuat hinc ingens Corde Dolor Patrio!
Adjecit Dominus Mœrorem namq; Dolori
Turbidus ut mœstos ingeminet Gemitus. *Jer. 45, 3.*

Ac

Ac rumpat tristes turbato Pectore questus:
Descendam lugens in Sobolis Tumulum. *Gen. 37, 35.*
Et querulo tristes deplangunt Gutture Voces
Fraternæ Bigæ Gratia Blandicula.
Mî Frater, dicunt, propter Te Angustia Nobis, *2 Sam. 1. v. 26. 27.*
Confossum excelso ac editiore Loco.
In Vivis Nobis jucundus CORDE fuisti
Junxerat & TRIGAM sanguine mirificus
Fraterno, Frater, constringens Pectora Nodis
Nostra Amor paribus contiguisq; modis.
Hem! verò Heroës modò quo cecidere Animosi
Nec non Mavortes occubuère citò!
Quando Joschijam jaculatores jaculati
Essent in Regem Cercusiorum Acie,
Exhalaret quò sub acerbo Vulnere Vitam, &
Rex Israëlis cæderet ante Diem,
Ut Jeruschalaim deductus is esset in Arcem
Instar Majorum contumulandus ibi;
Tristia flebilibus jactabant Verba querelis *2. Chron. 35. v. 23. & 24.*
Tunc Jeruschalaimi, atq; Jehuda suis.
Pompa Clientelæ porrò heîc Majorq; minorq;
Sic rumpit questu pectora continuò.
Quando Bernburgum Exuviæ Oris â peregrinis
Huc devenerunt Corporis Exanimis.
Condendæ Crypta Majorum sub Tumuloq;,
Expectent reduces Corporis Induvias.
Anxietas miserum hinc conturbat plurima pectus
Ut fundat Lacrymas pro Pietate suâ.
Et dicat: Capitis Nostri cadit ecce Corona: *Thren. 5. v. 15. 16.*
Heu nos! quòd tantum fecimus Orbe Malum!
Atq; Tuum, DEUS ô Bone, per Mendacia Verbum
Nosmet fœdamus, pro nihiloq; jacet!
Proh me! Defuncti minimum Veteremq; Clientem
Hic Casus prorsus reddidit attonitum!
Tantò etenim graviùs me rumor perculit ille
Funestus, quantò Gratia major erat.
Quà pie Defunctus Princeps Celsissimus olim
Vivens indignum prosequeretur Humi
Verùm sedato perculsæ Turbine Mentis
Plena calescentum fumet acerra Precum.

Nam

Nam si constituit Finem Deus Omnibus ævi
Mortalis Domini Vitaq; Morsq; Manu, & — *Iob. 14, 5.* *Ps. 90. v. 3.*
Ne corrumpantur, Deus eripit orbe Fideles, — *Sap. 4. v. 10.*
Numen ab ærumnis liberat orbe suos.
Rete Feras, Homines Mors, Pisces obruit Hamus
In cunctis præsens Mors inopina Locis. — *Eccles. 9. v. 12.*
Sperandum & præsens constanti mente ferendum
Svave Dei placido pectore ferre manum.
Filius hinc Ingens Tibi si Celsissime Princeps
Occubuit Bello, Magne Pater Patriæ:
Id placuit Domino, Rerum cui summa Potestas
Cujus in Arbitrio vivimus atq; sumus.
Cede Pater Patriæ Domino, cui singula cedunt,
Ac Animo Heroô redde quod Ejus erat.
Multa Animo Excelso tolerasti Fata Tuorum,
Hæc quoq; si tuleris Funera Victor eris.
Natus præmissus per Mortem, perditus haut est,
Ad Dominum rediit, qui fuit ante suum.
Ergò Animo Patrio Luctum finire memento
Commoda nec Nato tanta Tuo invideas.
Det Deus ex Alto Trinus, maneasq; siesq;
Vividus ingenuò cui stat in Ore Color
Annos & Longos Illustris Mascula Biga
Ac Aulæ Patres incolumes vigeant.
Et Tu, Magne Ducum, CAROLE FRIDERICE Serene
Cum Domino atq; Die qui Imperium accipies
Ac Tu LEBRECHTI, Magno Duce nata Propages,
Qui Funus Fratris prosequeris Lacrymis.
Frater, quem peramas Terris, Tu Biga Serena,
Digressus verè in Mænia celsa Domus.
Præcessit Vobis, moriens in Pace quiescit,
Liber ab ærumnis mortuus astra petit.
Et Deus in Cœlo Lauro Victrice coronat
Funere qui meruit Cœlica Serta Dei.
Mortalis qui non est amplius omne per ævum:
Sed Cœlo & Terrâ teste Beatus erit.
Utut mandatum Terræ lacrymabile Corpus;
Ast se miscebit Corpore Mens iterum.
Mortuus è Tumulo, Christo inclamante resurget
Et duræ mortis Lex resoluta perit.

Ergò

Ergò sui Generis jam Vos Duo Pignora Fratres
Sit Vestris Curis sat Lacrymisq; datum.
Vos Binos in columes longos conservet in Annos
Cunctorum Vitam, qui regit ipse Deus.
Ut sentiscatis Vos Vim Numenq; Jehovæ
Perpuris Fibris pro Superûm Placitô.
Det Deus, assiduè ut crescat Favor Illius, Anni ut
Crescunt. Vobis sic Gloria, Fama, Salus.
Jessiadis feriant Nos interea aurea Verba,
Omnes in mentem, quæ revocare queant.
In Nullus unquam Justi obliviscimur Annos
Perpetuô floret Nomine Fama Pii.
O sed ovile Tuum, Rerum Mitissime, Dextrâ
A rabidis arce Cunctipotente Lupis.
Qui nunc ore ruunt in nos sitiente Cruorem
Nulla Salus, miseros nî Bone Christe tegis.
Sed neq; non tege nos, neq; stans à parte Tuorum
Non Famæ Laudes adsere Christe Tuæ.
Sis Clemens, neq; perpetuò Tua sæviat Ira
Qualescunq; sumus Nos Tua Turba sumus.

Devotissimi affectus testandi ergò, condolenti Animo, nec sine Lacrymarum Eruptione Beatissimis Manibus Sereniss. Principis Studiorum Ejus biennalis Moderator indignus humillimâ Manu & mente adponere debuit

Lebrecht Stubenrauch / p. t. Ecclesiæ Bernburgi Australis Symmista & Pastor in Drebel.

Wie fällt so früh der Held! Der güldne Tugend-Tempel!
Das schönste Gnaden-Zelt! Der Gottes-Furcht Exempel!
Früh reiß't der Fürsten-Geist in GOttes Vatter Hand/
Da sich gewiß erweiß't ein steter Freuden-Stand.
Der blasse Leib verbleibt/ und ruht auff Seiner Baaren/
Und ist schon einverleibt der Zahl der Todten-Schaaren/
Biß daß die Macht-Trompet am grossen Tag erklingt/
Das Todten-Heer erhöht/ und aus den Gräbern bringt.
Wie hat die Eitelkeit dis gantze Rund beschränkket!
Hochseelig! Wer bey Zeit die Zeiten-Zeit bedenkket/

D Die

Die ewig geht und steht. Wer nicht der Sünde frohnt/
Auch nicht von GOtt abgeht/wird Gnadenreich belohnt.
Was ist der Leib allhier? Ein Band/und Seelen-Fessel.
Ein Angst-erfüllt Revier. Ein heisser Schmertzen-Kessel.
Des Jammer-Zimmers Bau. Ein nasses Thränen-Hauß/
Wo steter Sünden-Brau das gute treibt hinaus.
Was ist doch diese Welt? Ein wilder Dornen-Akker/
Wo Unkraut sich auffhält/wo Sünd und Schand ist wakker:
Verrucht-verfluchte Frucht! eh du bist einmal reiff/
Bist du/ du Teuffels-Zucht/ des Todes sein Einschleiff.
Was ist dis Leben doch? Recht eine Wasser-Blase.
Ein Centner-schweres Joch. Ein unterbrochner Rase.
Ein stets-Blutsaurer Kampff. Ein fortgesetzter Streit.
Ein Rauch und Nebel-Dampff. Leidwesen iederzeit.

Doch: ob schon auff uns schlägt der schwere Creutzes-Hammer/
Und anzuklammern pflegt die scharffe Jammer-Klammer/
So kan des Wortes Krafft doch schaffen Hertzens Ruh/
Und mit des Trostes Safft die Wunden binden zu:
Daß wir in dieser Welt seynd Gäst' und Wanders Leute.
Wer Kriegt/und siegt/erhält das Jaspis-Zelt zur Beute/
Und hat statt in der Stadt/ die Gottes Hand gebaut/
Wo Fried und Freude satt/ da man GOtt ewig schaut.
Triumphs-und Lust-Pallast! Kein Sinn kan dich abfassen.
O Stadt der Friedens-Rast! O Gold-bekrönte Gassen!
O Perlen-Burg. O Licht! O gantzer Lebens-Glantz!
O Herrschafft von Gewicht! O schönster Sieges-Krantz!
Es ist die Menschen-Zunfft von Sinnen viel zu enge/
Daß sie mit der Vernunfft entwürffe dein Gepränge:

Huldreiches Fürsten-Hertz! Ihr seyd gelandet an/
Wo Leid/und Streit/und Schmertz mit nichten hafften kan;
Dort an dem sichern Port erreicht **Huldreiche** Gnade
Die Seele/ so flog fort von diesem Welt-gestade;
Es war **Ihr Abschied** zwar von allzufrüher Zeit/
Doch bietet Ihr GOtt dar den Krantz der Ewigkeit;
Dort hat das Ewig-Seyn erlanget Ihr Verlangen/
Biß **Leib und Seel** in ein in GOttes Liechte prangen.

Es

Es kam des **Printzen Nam'** und **That** recht überein.
Wer konte dem sein gram/der **Huldreich** konte sein?
Hold war Er Seinem GOtt; und **Huldreich** gegen andern/
Die von Gottloser Rott' und andern Lehren wandern/
Die GOttes Stärck und Werck gewaltig streichen aus/
Und derer Glaubens-Merck das höchste Wohnungs-Haus.
Er reichte **reiche Huld** dar denen/die antraten
In Demuth und Geduld/und um Erhörung baten:
Er war fürwar in Schmertz/und Freuden/wie bewust/
Des Landes Vaters Hertz/ **der Herren Brüder** Lust:
Des Fall wird **überall** mit Sehnen heiß bethränet/
Sein wird durch Schrift uñ Schall mit höchsten Ruhm erwehnet.

Wer **Akker** wakker pflügt/düngt/und bringt Saamen drein/
Der wird von GOtt vergnügt/und reich an Früchten seyn:
So war **Sein Hertz/ O Held!** ein wohlgebauter Akker:
Ein reich-bestelltes Feld/ wo Früchte prangten wakker.
Ach! Leid! Ach! Nebelzeit! Ergrim̃te Todes Macht!
Du hast uns in dem Streit um solche Frucht gebracht!
Doch dis hatt' abgeschnürt des grossen GOttes Wille/
Wer den zu Hertzen führt/ stellt bald sein Hertz in Stille/
Wird mit Geduld bestärckt/die dann/wie ein Canal/
Den Trost/daß man es merckt/einflösset allzumal.
HErr JEsu! Lebens-Quell! Laß Gnaden-Fluthen fliessen!
Und deine Tröstung schnell abströmend sich ergiessen!
Leit' einen starcken Theil **dem Land-Regenten** zu/
So wird **Sein Hertze** heil'/und angestellt zur Ruh'.
Ertheile deinen Schatz **den Fürstlichen Gebrüdern!**
Nim̃ ein den besten Platz in Seele/ Geist/und Gliedern!
Beglück; erquicke SJE! mach alles bittre süß'!
Auch uns laß fehlen nie den süssen Trost-genieß!
Halt'/HErr/dis **Fürsten-Hauß**/und die **Grund Festen** feste!
Stoß' alles Trauren aus. Gib lange Lebens-Reste!
Bewahr uns für Gefahr! Heb auff das Krieges-Spiel!
Schenck' Heil-und Gnaden-Jahr'! Und dann ein **seeligs Ziel.**

Welches aus unterthänigst-gehorsamster Pflicht
anwünschen/und abstatten sollen
Georg Friederich Goth/Prediger z. Badeborn.

D 2 PYRA-

PYRAMIS

SEMPITERNO HONORI ET MEMORIÆ
BEATISSIMÆ;
In obitum præmaturum beatissimum tamen,
Serenissimi Principis ac Domini,

DNI. JOHANNIS GEORGII,

Principis Anhaltini, Ducis Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ,
Comitis Ascaniæ, Dni. Servestæ & Bernburgi.

SUBSISTE VIATOR!

Qui à vitâ mortalitatem, à morte auspicaris immortalitatem, & cum
rapidissimo tempore ætatem decurris citatissimus.

SUBSISTE

Qui mundi curas tantâ curâ, curas,
GLORIAM in mundi vanitatibus, fluxis Fortunæ vicissitudinibus
anhelas, mentem in terrenis dementas;

SUBSISTE & DISCE,

Qui orbis rerum sit in Orbe, quàm brevia sint
vitæ gaudia, & levia, DISCE, quàm volubilis sit vita
rotæ, cum mors falcem rotat, quàm mobilia sint
mundi Nobilia,
quàm vilis scoria sit omnis ejus gloria,
sub Polo perenne nihil,
sed vana & caduca omnia.

O DOLOR!

Quàm subito casu Mortalium vita cum
morte mutatur, spes maximè præconcepta ex oculis evanescit in auras.

O LUCTUS!

Quid est mortalis, quem fatalis
undecunque mors adversariorum assequitur telis?
Vix natus, ad mortem jam est damnatus,
Vitæ vix munere fruitur, jam mortis funere obruitur;
Vix clarus ab Ausis fortibus, &
Fama extenditur factis in Orbe, duræ nimiâ
mortis inclementiâ citò parentatur in Urbe:
Quid caro? nisi caries,
quid nasci? nisi miseria torqueri,
quid vivere? nisi mori.
In cunis vix homo reponitur, feralibus jam cannis,
mors vitæ pedissequa eum imponit.

O MOEROR!

Homo nil nisi ventus, nisi sermo,
cujus exordium nasci, narratio dolere, epilogus mori, figuræ gemitus
& fletus,
SOLUM, NIL NISI INQUIETUM SALUM.

Vix

Vix
è portu solvimur, & in
ipso adhuc partu rerum gerendarum naufragamur.

EN!

Exemplum tristissimum cheu! exhibet nobis
Serenissimus Princeps ac Dominus,

DNS. JOHANN GEORGE,

Princeps Anhaltinus, Dux Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ,
Comes Ascaniæ, Dn. Bernburgi & Servestæ;

PRINCEPS,

Non minus Stirpe Principum Generosissimorum &
Ducum Palatinorum fortissimorum ortus Illustrissimâ,
quàm Mente generosâ & virtutibus condecoratus plenissimis,

PRINCIPE DIGNISSIMIS;

PRINCEPS Junior ex Trifolio fratrum Serenissimorum Domûs
Illustrissimæ Bernburgensis florentissimo, suavissimo,
Quem Candor, humanitas, Virtus ac pietas, REGIBUS
æque potentissimis, Principibus, & Viris Illustribus fecêre Amicum,
imò quibusvis præsentibus charissimum.
Exindè spei haud singularis Ornamentum
fuit desideratissimum,

PATRIS SERENISSIMI DELICIUM,

Fortitudinis, pietatis, omniumque Virtutum exemplar
rarissimum,

JUVENTUTIS CORONA

Vere ætatis verè florida, FLOS HEROUM,
dignus nestoriis florere annis;
Non hostem Romani Imperii infensissimum, non
Gallorum furorem, non astutiam eorumq; velocitatem,
non sanguinem, non vulnera metuens à tergo,
sed & Fronti & Pectore,
Imperterritus Palestritæ prima infligens vulnera,
hostem irrumpentem animo generoso,
strictoque gladio fortiter aggressus,
solus, hoste sæviente,
citra opinionem à satellitio derelictus, in acie
penes Leusam & Schambronnum, cum Regis
Galliæ Copiis sub Duce de Luxenburg bellicosissimis,
pro Patria & Relligione
certans, ut

HEROS stetit ANHALTINUS,

donec ab hostium impetu septèm vulneribus, duobus
tantùm lethalibus, fatali Nutu &
Omine, ferro & globulis in pectus vibratis sauciatus,
summâ cum condolentiâ & Regis

Angliæ,

Angliæ,& Comitis Nassovici,
omniumq; Confœderatorum exercitus Ducum,
in Martis primitiis,
d.9.Septembr.1691.annum nondum absolvens
decimum octavum,morte violentâ & cru-
entâ PRINCEPS noster
charissimus eheu occubuit!
Quanto animi Serenissimus Pater indè affectus
mœrore,
quantis gemitibus Filium ejusmodi charissimum,
lacrymis perfusus,
Jacobi exemplo deploraverit,testes
sunt ædes, templa, omnesque Ministri fidelissimi:
O DIES atro quasi carbone notandus!

quo
Fama tristis pervolabat aures & Urbes,
Serenissimus Princeps Anhaltinus
JOHANN GEORGE clade direptus!
Flos Martis eheu! generosè
cecidit;
Cujus obitum præmaturum in optimâ flore ætatis &
Fratres Serenissimi
lacrymis & planctibus,luctuque tristissimo & totius
Patriæ cives, & Templa & Scholæ meritò
condoluêre,
plangentes cum Davide,
O Decus Israëlis,
in excelsis tuis confossi; quomodo ceciderunt
robusti! Ne indicetis Gathi,
neque annuncietis in plateis Askelonis; ut non lætentur
filiæ Philisthæorum, ut non exultent
filiæ præputiarum.

Text.funebris 2.Sam. I. 19.20.

Verùm pietate tristia vincenda,deoque omnium
rerum Directori cœtera committenda;
FATA
tantùm sic brevissimo tempore talem nobis
commodarunt Principem
ut ostenderent, quid possint terris dare
& iterum aufferre:
Omnes enim eadem devinxit conditio,cui contigit
nasci,restat mori;
Intervallis distinguimur, exitu
æquamur.

Interim Princeps noster Serenissimus
JOHANN GEORGE,
Princeps Anhaltinus,certavit beatissimè

Certamine Christi,
Ima despexit, assecutus est Summa,
Metam prehendit,
Palmam tenet in Cœlis semper virentem,
Coronam
gaudiis cœlestibus à Christo impositam,
ut Victor habet æternùm florentem,
mortuus
ut vitâ fruatur immortali,
Obiit,
sed ejus Fama in serâ posteritate
viget & floret;
Aulam possidet cœlestem,summis ut Victor
æternitatis condecoratus honoribus:
Sed eheu!

Nos tenet lacrymosa dies!
Ergo
Viator Pyramidem memoriæ beatissimæ
hujus Serenissimi nostri Principis adspiciens
hisce acquiesce & cogita,
quod caduca & fragabilia sub Polo
sint omnia:

Mundum igitur effuge,ne munditie
fucatâ tibi faciat fucum;
Caduca fuge gaudia,quorum cantus incantatio,
quæ cum rident rodunt,capiunt
ac rapiunt.

Vade & vide ut ante Mortis articulum
isti te potissimum sollicitent
articuli,in quibus beatè moriaris,
nàm
ab uno temporis puncto perennaturæ
dependet æternitatis periodus.
Vale.

Posteritati dicata & subjectissimæ memoriæ ergò erecta

à

JOHANNE LUDOVICO FERTSCHIO,
In Ecclesiis Jesu Christi Cörmicensis, Wiendorffiensis & Noviwerderianæ
V.D. Ministro.

Klage- und Trost-Rede
Der
Nunmehro in GOTT Seelig ruhenden und im Himmel mit ewig triumphirenden Sieges-Palmen Fürstlich gekröhneten Seelen/
An
Dem Durchläuchtigsten/ über Dero Zeitlichen doch Hochseeligen Todesfall/ Hochbetrübten Fürstl. Herrn Vater/ die Hochbetrübte Fürstl. Herren Gebrüdere/ und sämbtliche hinterlassene Hohe Angehörigen.

*

SO geh't es in der Welt/ mit aller Menschen Leben/
Gebohren an das Licht/ gar bald begraben werden/
Das ist der stete Brauch in dieser Jammer-Welt/
Der alles was da leb't/ in seinen Circkel helt.
Hier kan kein Helden-Muth/ mit auffgehabenen Waffen
Besiegen seinen Todt/ und seinem Leben schaffen
Ein selbgesetztes Uhr/ im fall der Faden bricht/
So muß der Held davon/ ob gleich er wolle nicht.
Es mag auch kein Verstand/ und solt' er gleich ersteigen
Selbst über Themis hin/ des Todes Sensen beugen
Auff einen andern Zwang/ er zieh't den klügsten Mann
So wohl die Todes-Larw'/ als dem geringsten an.
Hier muß der Käyser Pracht/ so bald erblasset liegen/
Als dessen welchen man die Felder siehet pflügen/
Hier bleib't des Königes/ so wenig auch verschon't/
Als des geringesten/ der in der Hütten wohn't.
Hier hilfft kein Fürstenstand/ kein Gräffliches Geblüte/
Kein Adelicher Stand/ kein ritterlich Gemüte/
Kein angeerbtes Guth/ kein auffgelegtes Geld/
Kein mangel-reicher Stand/ kein Elend in der Welt:
So wohl die auff den Thron der höchsten Ehren sitzen/
Als die so auff dem Feld/ in höchster Armuth schwitzen/
So wohl ein Altes Haupt/ als Kind das erst gebohr'n/
Ist stets dem Tode reiff/ und gehet bald verlohr'n:
So wohl der seine Zeit und beste Blüht der Jugend/
Gewiethmet hat allein zur Tapfferkeit und Tugend/

Fält lebeloß dahin/ als der die gantze Zeit
Des Lebens zugebracht/ in schnöder üppigkeit.
So geh't es in der Welt/ wir müssen all' uns stellen/
Auff dieser Erden Meer/ es jagen uns die Wellen
Des Todes überall/ daß wie es GOtt gefält/
Und uns das Ziel gesetzt/ so geh'n wir aus der Welt;
Es muß des Höchsten Rath/ an uns erfüllet werden/
Wann Tag und Stunde kom̃t/ zufallen in die Erden/
Die unser Mutter ist/ und unser Auffenthalt/
Zu gehen eilends fort/ zum Himmel alsobald.
Drumb Ach! Herr Vater stelt nur ein das herbe klagen/
Stelt alle Seufftzer ein/ last ab von trauren/ zagen/
Hertzliebst' Gebrüd'r stelt/ die bittre Thränen ein/
Ihr Wohlbekandten all'/ last nur das trauren sein;
Seyd nur getrost/ Ich leb'/ bin frey von allen Leiden/
Ins Him̃lisch Fürsten Hauß/ gekröhn't mit vollen Freuden/
Ich leb' in guter Ruh'/ die Feinde ritterlich/
In meines JEsu Kampff/ besieget seeliglich:
Mein Leib zwart in die Grufft der Erden ist gesencket/
Doch in den Him̃el wird/ mein Seel von GOtt getrencket
Mit Himmels klaren Wein/ darin sie wird ergetz't
Vor Gottes Gnaden Thron/ dahin sie ist versetz't.
O wohl ist mir! Ich hab' die rechte Wohnstatt funden/
Ihr leb't auff Erden noch/ mit Angst-gefahr gebunden;
Unruh' ist eure Ruh'/ ihr wandert ein und auß/
Und findet nirgends doch ein solch beständig Hauß/
Darin ihr bleiben könt/ gantz sicher sein und leben
Vergnüg't in Freuden voll/ das wird euch Gott erst geben/
Wann ihr vollbracht den Lauff/ und dieses Lebens-Reiß
Nach dieser Zeitlichkeit/ ins Him̃lisch' Paradeiß;
Da ist der schönste Orth/ das Zucker-süsse Leben/
Dahin ein jeder Christ/ stets dencken soll und streben/
Erweg'n was Paulus sagt/ eu'rs bleibens ist nicht hier/ *Hebr. XIII. 14.*
Ihr wohnet nur auff Erd'/ zur Herberg' für und für;
Ja daß diß Leben sey/ gar recht und wohl zunennen/
Nur eine Wanderschafft/ die jeder muß bekennen/
So lange biß der Todt/ hat seines Lebens Band
Zerrissen/ und er kombt ins rechte Vaterland.
Was Müh' hat doch der Mensch' gebohren von dem Weibe/
Sein erstes reisen ist/ aus seiner Mutter Leibe/

Bald ist er kranck/ gesund/ bald elend nack't und bloß/
Er muß hier in der Welt/ außstehen manchen stoß:
Was mehr für schwere Noth/ ja was für Sorg' und Plagen/
In solcher Pilgrimschafft/ die Menschen müssen tragen?
Ich halte/ keiner ist/ der nur ein Christe heist/
Dem nicht zuweilen Gott mit Thränen-Brodte speist.
Was soll ich sagen itzt/ von diesem bösen Zeiten?
Darinnen ihr noch leb't/ darinnen Krieg und streiten
Man höret überall/ das Feindschafft/ Haß und Mord/
Regieren in der Welt/ und fast an allen Orth:
Ach! seh't Ihr liebsten Freund'/ Ich bin dem all' entnommen/
Ich bin aus diesem bald/ zur Ewigkeit gekommen/
Was woll't ihr trauren sehr/ beseuffzen meinen Todt/
Da Ich entgangen bin/ aus aller Angst und Noth.
Was soll das klagen seyn/ es ist des Höchsten Wille/
Den stets ein jederman/ und ihr müst halten stille/
Der hat's also verseh'n/ der hat's also gewolt/
Daß es mit meinem Todt/ also geschehen solt.
Ich lebe nun in Ruh'/ Ich leb' in steten Freuden/
Ihr müst gewertig seyn/ noch manches schweres leiden/
Ich bin ein Himmels-Printz/ besitz die Seeligkeit/
Ihr aber in der Welt/ erlebet böse Zeit:
Ich leb' ohn' alle Noth/ Ich leb' in steten siegen/
Hier muß noch mancher Held/ von Feind noch unten liegen/
Und wird durch Kugel/ Schwert/ den Todt dahin gefelt/
So lang' des Krieges-Flam/ noch wütet in der Welt.
Ich aber habe wohl den Lebens-Kampff vollendet/
Mein JEsus hat nunmehr/ mein Ach! und weh' gewendet/
Das mir der Todt gebracht/ der rufft mir freundlich zu/
Kom Himmels-Printz kom bald/ geh' ein zur Himmels-Ruh/
Die dir bereitet ist/ und allen die mich lieben/
Ich will Vergelter seyn/ an dir will Gnade üben/
Du solt in Ewigkeit/ mit mir geniessen Heil/
In lauter Freud' und Wonn'/ drumb komme itzt und eil!
Nun lebet wohl adjeu! Herr Vater leb't in Freuden/
O Anhalt gute Nacht! GOTT kehr' ab alles Leiden/
Und geb' dem Fürsten-Stamm/ des Himmels Seegen weit/
Biß Ihr erlanget all'/ das Hauß der Ewigkeit.

Sein unterthänigstes mitleidendes Gemüth zu bezeigen/ hat auch solches auffgesetzet eben der vorher gedachte.

ELEGIA
EX
Verbis Textus Sacri in Concione Funebri propositis, formata, adjuncto vitæ curriculo Serenissimi Principis, νῦν ἐν ἁγίοις.

*

ISaides olim vario sermone querelas
Miscebat vigiles, dilaniando comas:
Cum caput Ebrææ gentis Saul cuspidis ictu
Occubuit pariter cum Jonathane pio.
Heu! periit, periit Jacobææ Stirpis avitus,
Heu! cecidit, cecidit Nobilitatis honos!
Heu! sternuntur humi, quos Mars & Pallas honestant!
Heu! Regum rubeo sanguine crura madent.
Heu! heu! Nobilium Procerum pars optima strata!
Heu! heu! Gilbois concidit ista jugis!
Hîc ubi Gasa patet vallis munita profundis,
Rimosæ linguæ supprimito te sonum.
Hîc alienigenis ubi terra habitata Philistis
Asclonis, pressis verba tenete labris.
Gaudia ne foveant tacito sub pectore Nymphæ
Philistæorum prava caterva malûm.
Gaudia ne vultu testentur mentis aperto
Quos jubet expertes fœderis esse DEus.
O juga Gilboæ pretioso adspersa cruore
Heroum, sors vos semper acerba premat!
Vos Zephyrus nunquam fœcundo rore maritet!
Nunquam in vos pluviæ præcipitentur aquæ!
Cespite non vireat nec gramine terra præusta!
Perpetuò sterilem vexet arena gravis!
Munera vestri agri nunquam Cerealia promant
Queîs stata possitis sacra parare DEO!
Nam clypei validis excussi Heroibus hîc sunt,
Principis extorta est certa sagitta manu.
Plangite filiolæ vernantes, plangite multum
Qui dederat vestes, occubat ante diem.
Et similis nobis fortunæ vulnera passis
Assiduo gemitu pectora mœsta fremunt.
Heu! periit, periit, priscæ, eheu! Stirpis Anhalti
Heu! cecidit, cecidit Nobilitatis honos!
Heu prostratus humi, quem Mars & Pallas honestant!
Principis, heu! rubeo sanguine rura natant!
Heu! valdè Illustris JOHANNES GEORGIUS *ortu*
Cambroniis agris funera acerba subit!
Princeps, qui genus à *Proavis, Abavis, Atavisq́;*
Ducit *Cæsaribus, Regibus & Ducibus.*
Stemmate qui *Illustri* claris *Majoribus* ortus
Imperii Procerum, Principibusq́; piis.

VICTOR AMADEUS præclarum *Sidus Anhalti*
Ejus,quem genuit,funera mœsta gemit.
Tum duo CHRISTIANI , JOACHIM ERNST atq; JOHANNES
Per recta ascendunt *patria* signa *Ducum*.
Per *materna* pius FRIDERICUS cumq; JOHANNE
WOLFGANGUS *Comites,Bavariaq; Duces*.
Perq; *Aviæ Patriæ Slesvigia* signa serena
CHRISTIANUS *Cimbrum Rex* bonus atq; potens.
Per *Materna Aviæ Comites Nassovici*, ADOLPHUS
Induperator in his perpete laude micat.
Prætereo tacitus *Ferdnandum Cæsara* primum
Reges Illustres, Stirpe vigente *Duces*.
Sanguine tam claro generis primordia ducens
Hostili *Princeps* ense manuq; cadit.
Virginis à partu numerârunt quattuor annos
Bis duo trigena & lustra trecena simul:
Cum pius hic *Princeps* veniebat lucis in auras
Februus implêrat quinq; novemque dies.
Gallica tunc rabies per *Belgas* arma ciebat
Et per *Burgundos*,quos subigebat atrox.
Omine sed læto cum *Belgis* pace reductâ
Anglia defessis otia grata dabat.
Scilicet in fœdus coiturum aliquando *Britanni*
Contra acres *Gallos* lux sacra signa dedit.
Hinc quoq; flebilibus *Princeps* lugendus ademtus
Versibus est: Spes nunc irrita cassa cadit!
Princeps Illustri simul atque *Parente* fideli
Cretus mox sacro gurgite lotus ovat.
Namq; sacram Matrem qui non Ecclesiam habebit,
Supremum Numen non habet ille Patrem.
Sed velut adversæ pressantur pondere mortis,
Quos sibi *Servator* vendicat atque regit.
Spicula fortunæ sic *Princeps* sæva triennis
Sensit,dum clausit fata *Serena Parens*.
Pervigil hinc luctus lacrimabile murmur aquarum
Principis egregii pectora mœsta tenet.
Quas *Genitor* lacrimas tersurus ritè *Serenus*
Sollicitè curam suscipit unus eam.
Cœperat à Geuder generoso stemmate Virgo
Tradere *Quadrimo* cœlica scita DEI.
Dein præfecti alii condigni laude *Magistri*
Instillant animo dogmata sacra DEI.
Quæ capiens avidè complevit *Numinis* almi
Notitiâ verâ corda tenella sua.
Nec frustra: Tantus pietatis factus amator,
Omnia qui aggressus *Cunctipotentis* ope
Nam fugiente die flexis genibus sua vota
Fecit quotidie & sole oriente novo.

Sum-

Summa fuit semper legisse, audîsse voluptas
Nôsseque Scripturæ semina vera sacra.
Corporis Ambrosiâ mentes & Nectare *Christi*
Sanguinis ardentes pascere moris erat.
Cum pietate sacrâ *Princeps* conjunxerat artes
Fingendo doctis pectus & ora modis.
Historias veteres & tempora prisca bibebat,
Queîs sine virtuti nullus ad esset honor.
Suaviter edebat *Latiæ* commercia linguæ,
Apposito reddens *Gallica* verba sono.
Hinc *Genevam Allobrogam* petiit feliciter: Ecce!
Germanus LEBRECHT *Stemmate clarus* adest.
Artibus & linguis ubertim Principe dignis
Hîc animus cultus cum pietate gravi.
Hîc exercitiis, decorant quæ *Nobile* nomen
Sese indefessâ sedulitate dedit.
Hîc nova *Magnatum* fovit commercia *Princeps*
Ex quibus accrevit notitia uberior.
Gallica tunc pestis concusserat omnia, veræ
Quod quondam Christi Relligionis erat.
Spargebatque minas, *Genevaq;* excidia dira,
Quod fidei sociis præstet asyla suis.
Ergò redux factus celebres invisere *Rheni*
Urbes,ad *Belgas* denique ferre pedem.
Flandria prædives,*Brabantia*,*Frisia*,*Belgi*
Unio monstravit lumina cuncta sua.
Principibus multis *Princeps* innotuit isthîc,
Et belli *Ducibus* Magnificisque *Viris*.
Ingenii dotes & nobile mentis acumen
Mirati qui sunt & stupuêre diu.
Auraicus Princeps,quem nunc *Britannia* adorat
Rectorem populi,*Principi Amicus* erat.
Quem coluisse sibi decori reputavit opimo,
Donec *Trajecti* frigida bruma stetit.
Postea cum *Phœbus* glaciem dissolvit in undas,
Cogitat ad *Patrios* rursus adire Lares.
Quos tetigit læto vernanti gramine Majo,
Emeritis donec cursibus annus abit.
Notitiam patriæ,populorum,Principum in usum
Assiduo studio vertere moris erat.
Præscriptâ methodo quod *Stubenrauchius* orsus
Continuat *Coiguand*,*Stannius* arte parat.
Artibus ingenuis animus pietateq; verâ
Imbutus gaudet moribus esse bonis.
Namque *Patris* nunquam bilem movisse *Sereni*,
Illustri Nato maxima cura fuit.
Non ignarus erat *Princeps*,*pia vota Parentum*
Proli perpetuas ædificare domos.

G

Præ-

Præterea plenis *Illuſtres* ignibus arſit,
Quos ſibi fraterno ſanguine junxit amor.

Nam ligat unanimes felix concordia fratres,
Et magnos fructus utilitatis habet.

Temperies tranquilla animi & clementia mitis
Laudibus in noſtro *Principe* digna fuit.

Scilicet hæc *Regum* dos prima, ſüavis, amica
Ad ſeſe plebis nomina quæq́ue rapit.

Abfuit elatæ mentis tumor arduus, atque
Grande ſupercilium ac ambitioſus honos.

Cujus enim tentat maleſuada ſuperbia mentem,
Huic non eſt æquus Jova, nec ullus homo.

Quem mens invictum caſus duravit in omnes,
Par ſimilisq́; manet ſorte in utrâque ſui.

Talis erat, peſtis cum graſſaretur habenis
Arctopoli laxis corpora mille vorans.

Tunc *Ballenſtadii* velut in vitæq́ue necisq́ue
Hærens ambiguo fortis acerba tulit.

Nam dicendus homo felix eſt terq́; quaterq́;,
Qui juvenis preſſus tollit ad aſtra caput.

Nobilitas animi natalia viſcera terræ
Cernere non ſat habet, ſed peregrina cupit.

Purpura vernantis perpulchra accedere vitæ
Ac annus decimus quartus inire viam.

Linquere tunc *patriæ* cœpit pomœria terræ,
Nec non *Vindelicas* pervolitare plagas:

Helvetiæ *Auguſtam, Tigurum Bernamq́;* potentem:
Quæq́ue Evangelij dogmata ſacra docent.

Hîc erat in pretio, magno ornabatur honore,
Sponſores fidei gaudia quippe dabant.

Quærere notitiam Magno eſt res Principe digna,
Uti notitiâ majus habetur opus.

Quid juvat, innumeros ſcire ac evolvere caſus,
Si rebus timeas applicuiſſe manus?

Eſt ſatis apta tamen captanda occaſio, ne quid
Officiat famæ propoſitoq́; pio.

Adfuit: En! *Princeps Naſſovicus* orbe migravit,
Qui *Batavûm* tuitus fortia ſigna fuit.

Hæc collata manu largâ, hæc accepta lubenti
Junxerunt *Ducibus Principibusq́;* Viris.

Hinc ſpem concepit ſplendoris in orbe ſupremi
Tandem acquirendi Martis & Artis amans.

Mox ingreſſus iter comitatus *Nobili* in aulâ
Auguſto Bernhard Stemmate de **Biderſee**.

Hemipolin, Vicum Brunonis, Hanoveram, & ipſam
Sparnbergam & Bilefeld Veſaliamq́; videt.

Sylva Ducum, Mechlinia, deinde *Antwerpia firma*
Ingeſſit menti ſeſe oculisq́ue *Ducis*.

Quem

Quem *Friſiæ Præſes, Princeps Naſſovicus* ortu
Bruxellis lætus maximo honore colit.

Montibus Hannoniis Noſter pulſurus iniquum
Hoſtem, cognoſcit ſub juga iiſſe citò.

Hinc *Hagam Comitum Britannica* ſceptra tenentem
Cogitat ad *Regem* flectere rurſus iter.

Comiter exceptus, noctesq́ue diesq́; *Monarchæ*
Adfuit, & naves hæſit ad usque comes.

Hinc Amſterdamum, hinc *Enckhuſam* navib9 altis
Appulit *Harlingam* cultus honore *Ducis*.

Franekerâ tandem Leowardum venit, & ipſi
Principi Anhaltinæ gratior hoſpes adeſt.

Mutua gratantum *Comitumq́; Ducumq́;* ſonabant
Vota, ſuum *Noſtro* cedere quisque locum.

Noluit oblatos tamen hos admittere honores,
Quos fortis potuit conciliare manus.

Non minus *Ordinibus Belgarum* charus *Amicus*
Per *Delegatos* auctus honore fuit.

Numina *Primatum* cœtu ſapiente coibant
Groningæ, Princeps arbitri ad inſtar adeſt.

Cunctorum tenuit magna admiratio mentem
Quod tanta inſit vis ingenii atque decus.

Non ſatis hæc habuit: Verbi flagravit amore
Divini, audivit, legit id usque libens.

Aptè diſſeruit cum Doctis, dogmata ſacra
Qui populo tradunt, hisque in amore fuit.

Scilicet eſt purâ Sacroſanctum mente colendum
Numen iis, cupiunt qui ſuper aſtra vehi.

Interea tempus ducendi *Martis* alumnos
Approperat, ſua Dux agmina quisque vocat.

Bruxellas Noſter ſe confert, indeq́ue caſtra
Ingreditur *Regis* Nobiliumque *Ducum*.

Ad latus adſiſtit mandatum dantibus, atque
Firmantes aditus lumine utroq́ue notat.

Approbat in campo ſtatuentes agmina aperto,
Promit conſilium judiciumq́ue ſuum.

Prælia cotidie meditatur aperta, ciere
Pugnas exoptat, ſpargere cæde ſolum.

Non ales plumbum, non glandes aëre miſſas
Hic *Princeps* timuit fortia corda gerens.

Hoſtis diffiſus cauſæ contendere Marte
Addubitat, fruſtra tempora cuncta trahens.

Hinc regreſſuri noſtri ſua hiberna petitum
Per dubiam lucem maxima damna ferunt.

Poſtremi cæſi *Gallorum* fraudibus atris
Inter *Leuſenam Cambroniumq́;* cadunt.


Huicce laboranti fas pugnantiq́ue catervæ eſt
Auxiliatrices conſociare manus.

Mit-

Mittitur heu! *Princeps* lecto cum milite fortis,
Sed ternis turmis cingitur una citò.
Non animum *Princeps* firmum despondet, in hostem
Irruit intrepidus, non patiènsq; moræ.
Nec frustra: ferrum per corpus adegit acutum
Illius, qui tum *Gallica* signa regit.
Supplicium hic rursus sumturus vindice dextrâ
Principis heu! dextrum vulnerat ense latus.
Protinus auxilio sunt hosti bis duo amici,
Qui *Nostro* auxilium, nemo ferebat, erat.
Gallica tùm rabies globulis gladiisq; petebat
Præsidii expertem, tradideratque neci.
Execranda manus! Quæ Principis *ausa cruorem*
Fundere, te certè pœna retenta manet!
Principis ô manes, terq; quaterq; beati
Qui læti summi degitis ante thronum!
Pro patriâ vitam posuistis, proq; salute
Præssorum, Vobis semper & usq; bene!
In statione mori perpulchrum est atq; decorum,
Felix, quem suavis lectus honoris habet!
Interea lacrimis conspergit *Principis* ossa
Ipse *Parens Princeps* mœstus ad usque necem.
Nobile par Fratrum, cui delectatio *Princeps*
Summa fuit, *Fratris* tristia fata gemit.
Curia, Templa, Scholæ, gens subdita perpete fleta
Luctantes oculos egerit instar aquæ.
Vivere dignus erat *Princeps*, si fata dedissent,
Lustra hîc explevit qui modo sesqui tria.
Maturus factus *Juvenis* mox, falcibus aptus
Mortis succubuit, tristia nulla subit.
Ostensus mundo, non est concessus in usum
Effugit insidias præpete morte malas.

Quibus prosequi mortem beatè defuncti Principis *humillimè debuit*

Schola Bernburgensis.



Ewig-grünende Cypressen

Mit Welchen die HochFürstliche Grufft Des Weyland Durchläuchtigsten Fürsten und Herrns/ Herrns

Johannis Georgii,

Fürsten zu Anhalt/ Hertzogen zu Sachsen/ Engern und Westphalen/ Graffens zu Ascanien/ Herrns zu Bernburg und Zerbst/ ꝛc.


Des Tages als der Höchst-Seeligste Printz/ war der 25. Novembr: dem Leibe nach in das Alte HochFürstliche Erb-Begräbnüß zu Bernburg in der Hoff-Kirchen beygesetzet wurde/

Nachdem als dieselbe den 9. Septembr: 1691. zuvor gegen den allgemeinen Reichs-Feind Streitende/ auff dem höchsten Ehren-Bette Ihre Fürstliche Seele in die Hände JEsu Christi/ als Ihren getreuen Erlösers wiederumb einliefferten/

Unterthänig-gehorsamst zum Ewigen Nachruhm bestecket/

Von der HochFürstl. Anhalt. Communität sämbtlichen Alumnis in Zerbst.

Gedruckt im Jahr M. DC. XCII.



Mittitur heu! *Princeps* lecto cum milite fortis,
Sed ternis turmis cingitur una citò.
Non animum *Princeps* firmum despondet, in hostem
Irruit intrepidus, non patiènsq; moræ.
Nec frustra: ferrum per corpus adegit acutum
Illius, qui tum *Gallica* signa regit.
Supplicium hic rursus sumturus vindice dextrâ
Principis heu! dextrum vulnerat ense latus.
Protinus auxilio sunt hosti bis duo amici,
Qui *Nostro* auxilium, nemo ferebat, erat.
Gallica tùm rabies globulis gladiisq; petebat
Præsidii expertem, tradideratque neci.
Execranda manus! Quæ Principis *ausa cruorem*
Fundere, te certè pœna retenta manet!
Principis ô manes, terq; quaterq; beati
Qui læti summi degitis ante thronum!
Pro patriâ vitam posuistis, proq; salute
Pressorum, Vobis semper & usq; bene!
In statione mori perpulchrum est atq; decorum,
Felix, quem suavis lectus honoris habet!
Interea lacrimis conspergit *Principis* ossa
Ipse *Parens Princeps* mœstus ad usque necem.
Nobile par Fratrum, cui delectatio *Princeps*
Summa fuit, *Fratris* tristia fata gemit.
Curia, Templa, Scholæ, gens subdita perpete fleta
Luctantes oculos egerit instar aquæ.
Vivere dignus erat *Princeps*, si fata dedissent,
Lustra hîc explevit qui modo sesqui tria.
Maturus factus *Juvenis* mox, falcibus aptus
Mortis succubuit, tristia nulla subit.
Ostensus mundo, non est concessus in usum
Effugit insidias præpete morte malas.

Quibus prosequi mortem beatè defuncti Principis *humillimè debuit*

Schola Bernburgensis.

